

Josue

97

in volumine legis moysi. et non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram ne postquam intraveritis ad gentes que in vos future sunt iuretis in nomine deorum earum et fueritis eis et adoretis illos: sed adheretis domino deo vestro quod fecistis usque in diem hanc. Et tunc auferet dominus deus in conspectu vestro gentes magnas et robustissimas et nullus vobis resistere poterit. Unus evobis prolequetur hostium mille viros: quia dominus deus vester pro vobis ipse pugnabit sicut pollicitus est. Sed tamen diligentissime precaveate ut diligatis dominum deum vestrum. Quod si volueritis gentium harum que inter vos habitant erroribus adherere. et cum eis miscere consuetudinem atque amicitias copulare: iam tunc scitote quod dominus deus vester non eas deleat ante faciem vestram: sed erunt vobis in foveam ac laqueum et offendiculum et latere vestro. et sudas in oculis vestris. donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. Tu ego hodie ingrediar in am universam terram. et toto animo cognoscetis quod de omnibus hominibus que se dominus prestaturus vobis esse pollicitus est: nunquam preterierit incassum. Sic ergo implevit opere quod promissit. et prescripta cuncta venerunt. sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est. donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis: eo quod preterierit pactum domini dei vestri quod pepigit vobiscum et fueritis deus alienis et adoraveritis eos. Lito atque velociter consurgat in vos furor domini. et auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis. **XXIII**

Congregavitque Josue omnes tribus israel in Sichem. et vocavit maiores natu ac principes et iudices et magnos. et steteruntque in conspectu domini. et ad populum sic locutus est. Hec dicit dominus deus israel. Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio: thare pater abraam et nachor fueruntque deus alienis. Tuli ergo patrem vestrum abraam de mesopotamia finibus. et adduxit eum in terram chanaan. multiplicavitque seminem eius. et dedit ei ysaac. illique rursum dedit iacob et esau. Et quibus esau dedit montes

sepe ad possidendum. iacob vero et filii eius descenderunt in egyptum. Misitque moysen et aaron. et percussit egyptum multis signis atque portentis: eduxitque vos et patres vestros de egypto. et venistis ad mare: persecuti que sunt egyptii patres vestros cum curribus et equitatu usque ad mare rubrum. Et clamaverunt autem ad dominum filium israel: qui posuit tenebras inter vos et egyptios. et adduxit super eos mare et operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta que in egypto fecerim. et habitastis in solitudine multo tempore. et introduxi vos in terram amorim que habitabat trans iordanem. Cumque pugnaret contra vos. tradidi eos in manus vestras. et possedistis terram eorum atque infecistis eos. Surrexit autem balach filius sephor rex moab. et pugnavit contra israel. Misitque et vocavit balaam filium beor ut malediceret vobis et ego nolui audire eum: sed e contrario per illum benedixi vobis et liberaui vos de manu eius. Transiistisque iordanem et venistis ad hiericho: pugnavitque contra vos viri civitatis eius: amorim et pherezei et chananeus et etheus et gergeus et eueus et iebuseus. et tradidi illos in manus vestras. Misitque ante vos scabrones. et eieci eos de locis suis duos reges amorim. non in gladio et in arcu tuo: deditque vobis terram in quam non laborastis. et vineas quas non edificastis ut habitaretis in eis vineas et oliveta que non plantastis. Nunc ergo timete dominum et finite ei perfecto corde atque verissimo. et auferite deos quibus fuerunt patres vestri in mesopotamia et in egypto ac finite domino. Si autem malum vobis videtur ut domino fueritis. optio vobis datur. Eligite hodie quod placet cui finire potissimum debeatis: utrum deus quibus fuerunt patres vestri in mesopotamia. an deus amorim in quorum terra habitatis. Ego autem et domus mea finiemus domino. Responditque populus et ait: Absit a nobis ut relinquamus dominum et serviamus deus alienis. Dominus deus noster ipse eduxit nos et patres nostros de terra egypti et de domo fuitatis: fecitque videntibus nobis signa in gerga. et custodivit nos in omni via per quam ambulavimus. et in cunctis populis